

sempiternam Constare vobis volumus. nos & dominum thyrgillum marscalcum, dominum nicholaum legiferum, dominum tuconem jonsson & dominum ragwaldum puka die beati petri martiris vidisse litteras dominj waldemari quondam regis swecie non rasas non abolitas non cancellatas nec in aliqua sua parte viciatas in hec verba W de j gracia &c. *Se föregående N:o 551.* Nos igitur tenore presentis vniuersitatem vestram petimus & rogamus quod sensum predictum fideliter & sine contradictione exhibeatis ita quod quelibet parochia proprio sacerdoti Datum lyncopie anno domini M^oCC^oXCVII die beati petri martiris.

1196.

1297 d. 3 Juni.

Lybeck.

JOHANS af Schedvi intyg att han afstått till Biskop Ysar i Strengnäs jord i Dunker och Wadsbro.

A. g. 3. 5.

Vniuersis presentes litteras Inspecturis. JOHANNES DE SCHEDUI apud ualles. salutem in domino. Nouerint vniuersi, Quod domino meo, domino ysaro episcopo strengenensi assigno duos solidos terre. vnum in duncker. sub petro & berone, & vnum in vazbro sub petro filio quondam halstani. eo tytulo quo eidem terram meam in rørdhe euidenter & litteraliter assignauit, sicut in litteris patentibus quas sepedictus dominus meus episcopus strengenensis super hoc acceperat continetur. Datum apud lybec anno domini M^o. CC^o. XC^o. VII. secunda feria pentecostes Sigillo prioris strengenensis pariter & meo subappensis.

Sigillen: af 1, ett stycke qvar; 2, mindre skadadt; bægge andeliga, i rødt vax.

1197.

1297 d. 14 Juni.

Arboga.

Biskoparne BRYNOLF i Skara och YSARS i Strengnäs Aflatsbref för Arboga kyrka.

L. b. 75.

Universis præsentis literas inspecturis, BRYNIULPHUS Dei Gratia Episcopus Scarensis, & YSARUS eadem Dei Gratia Stregenensis, salutem in Domino sempiternam dicunt. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter seruiatur, de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit & vota digne seruiantibus, multo maiora retribuit, quam valeant promereri. Nihilominus desiderantes reddere populum Domino acceptabilem, Christi Fideles ad complacendum, & quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remissionibus invitamus, ut exinde Divinæ misericordiæ reddantur certiores. Cupientes ergo, ut Ecclesia Beati

Olavi in Arbuga, Diœcesis Arosiensis, dignis honoribus & devotione populi frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui eandem Ecclesiam in quatuor Festivitatibus Beatæ Virginis & in anniversariis dedicationis ejusdem ecclesiæ; ac in Festo Beati Olavi Martyris; nec non in solennitate Apostolorum Petri & Pauli; cum reverentia & honore visitaverint, de Omnipotentis Dei Misericordia XL dies, dum modo ad id diœcesum consensus accesserit, annis singulis misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium Sigilla nostra præsentibus duximus adponenda. Datum apud Arbuga A:o Domini MCC nonagesimo septimo XVIII Kalend. Julii.

1198.

1297 d. 15 Juni.

Arboga.

Ärke-Biskopen NILS ALLESSONS Aflatsbref för Sko kloster.

A. 3 b. 1.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, NICOLAUS miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam Licet is &c. *såsom N:o 435 till* exinde diuine misericordie reddantur graciores, Cupientes igitur vt ecclesia dilectarum nobis in christo filiarum sanctimonialium in sko, que in honorem beate virginis marie constructa est, dignis honoribus & deuocione populi frequentetur, omnibus vere penitentibus & confessis, qui eandem ecclesiam in festo purificationis beate virginis & per octo dies sequentes, nec non in festo beati Johannis baptiste, ac eciam per octauas eiusdem festi cum reuerencia et honore visitauerint, de omni potentis dei misericordia, ac beatorum petri & pauli apostolorum, sanctorumque laurenci & Erics martirum eiusdem auctoritate confisi, Quadraginta dierum indulgencias, de iniunctis sibi penitencijs annis singulis misericorditer relaxamus. Indulgencias eciam dicto monasterio sko, ab alijs ecclesiarum prelati collatas approbamus & ratificamus per presentes, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum apud Arbugha anno domini Millesimo ducentesimo, Nonagesimo, septimo, sabbato proximo post festum trinitatis.

Af Sigillet ett stycke i behåll.

1199.

1297 d. 16 Juni.

Konung BIRGERS Bref, med intyg att Junker Erik medgifvit Sigmund Keldorsson för trogen tjenst, den han bevisat hans fader Konung Waldemar, de gods han å Arnö i Säby och Wadaholm samt i Thiufsta befinnes innehafva.

A. 6. a. 2: 34.

BIRGERUS dei gracia sueorum gothorumque rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum